

## FEBRUARY 11, THE APPARITION OF OUR BLESSED LADY AT LOURDES

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

Our Blessed Lady appeared to Bernadette Soubirous on February 11, 1858, and said "I am the Immaculate Conception." Pope Pius X in 1908 ordered that this feast be kept in the Universal Church on this day. The miracles at Lourdes have continued to the astonishment of the world down to the present time. In 1933 Bernadette was canonized and her feast fixed on this day.

### INTROIT Apocalypse 21: 2

Vidi civitatem sanctam, Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo. (Ps. 44: 2) Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Vidi civitatem sanctam, Jerusalem novam, descendentem de caelo a Deo, paratam sicut sponsam ornatum viro suo.

### COLLECT

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: supplices a te quaesumus; ut, eiusdem Virginis Apparitionem celebrantes, salutem mentis et corporis consequamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

### LESSON Apocalypse

**11: 19; 12: 1, 10**

Apertum est templum Dei in caelo: et visa est arca testamenti eius in templo eius, et facta sunt fulgura et voces et terrae motus et grando magna. Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et in capite ejus corona stellarum duodecim. Et audivi vocem magnam in caelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus, et regnum Dei nostri et potestas Christi ejus.

### GRADUAL Song of Solomon 2: 12

Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra. (Song: 10, 14) Surge, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceratae.

*(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)*

### LESSER ALLELUIA

Alleluja, alleluja. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: voxenim tua dulcis, et facies tua decora. Alleluja.

### TRACT Judith 15: 10

Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Israel, tu honorificentia populi nostri. (Song 4: 7) Tota pulchra es, Maria: et macula originalis non est in te. Felix es, sacra Virgo Maria, et omni laude dignissima, quae serpentis caput virgineo pede contrivisti.

### GOSPEL Luke 1: 26-31

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset, turbata est in sermone ejus: et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum.

### OFFERTORY Luke 1: 28

Ave, gratia plena; Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

### SECRET

Hostia laudis, quam tibi, Domine, per merita gloriosae et immaculatae Virginis offerimus, sit tibi in odorem suavitatis, et nobis optatam conferat corporis et animae sanitatem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

### PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterno Deus: Et te in Festivitate beatae Mariae semper Virginis collaudare, benedicere et praedicare. Quae et Unigenitum tuum Sancti Spiritus obumbratione concipit: et, virginitatis gloria permanente, lumen aeternum mundo effudit, Jesum Christum, Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli caelorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concubant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur, supplicii confessione dicentes:

### COMMUNION Psalms 64: 10

Visitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.

### POSTCOMMUNION

Quos caelesti, Domine, alimento satiasti, sublevet dextera Genetricis tuae immaculatae: ut ad aeternam patriam, ipsa adjuvante, pervenire mereamur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

I saw the holy city, New Jerusalem, coming down out of heaven from God, made ready as a bride adorned for her husband. (Ps. 44: 2) My heart overflows with a goodly theme; as I sing my ode to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I saw the holy city, New Jerusalem, coming down out of heaven from God, made ready as a bride adorned for her husband.

O God, who by the Immaculate Conception of the Virgin didst prepare a worthy habitation for Thy Son; we humbly beseech Thee, that we who celebrate the feast of the Apparition of the same holy Virgin, may obtain health both of soul and body. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The temple of God in heaven was opened, and there was seen the ark of His covenant in His temple, and there came flashes of lightning, and peals of thunder, and an earthquake, and great hail. And a great sign appeared in heaven: a woman clothed with the sun, and the moon was under her feet, and upon her head a crown of twelve stars. And I heard a loud voice in heaven saying, Now has come the salvation, and the power of the kingdom of our God; and the authority of His Christ.

The flowers have appeared in our land, the time of pruning is come, the voice of the turtle is heard in our land. (Song: 10, 14) Arise, my love, my beautiful one, and come; my dove in the clefts of the rock, in the hollow places of the wall.

Alleluia, alleluia. Show me thy face, let thy voice sound in mine ears, for thy voice is sweet and thy face comely. Alleluia.

You are the glory of Jerusalem, you are the joy of Israel, you are the honor of our people. (Song 4: 7) You are all beautiful, O Mary, and there is in you no stain of original sin. Happy are you, O holy Virgin Mary, and most worthy of all praise, who with your virgin foot have crushed the serpent's head.

In those days, the angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth to a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David : and the virgin's name was Mary. And the angel being come in, said unto her : Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying and thought with herself what manner of salutation this should be. And the angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God. Behold thou shalt conceive in thy womb and shalt bring forth a Son : and thou shalt call His name Jesus.

Hail, full of grace, the Lord is with thee, blessed art thou amongst women.

May the sacrifice of praise, which we offer Thee, O Lord, by the merits of the glorious and Immaculate Virgin, rise up to heaven as a sweet savor: and may it obtain for us that physical and moral health which we desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father mighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Thou hast visited the earth, and hast plentifully watered it; thou hast in many ways enriched it.

O Lord, may the right hand of Thine Immaculate Mother uplift us whom Thou hast satisfied with this heavenly food: that by her help we may deserve to come to our eternal fatherland. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.